

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Predestinatio siue prouidencia diuina I  
cum uariis

Tolle maliciam fratrum Ioseph et inuidiam simul perimes dispensationem Dei, et que in Egypto pro salute omnium gencium gesta sunt. Si Ioseph non uenditur, sompnium pharaonis non exponitur, nemo frumenta in Egypto congregabit, peribit Egyptus et finitime regiones, et ipse Israel et semen eius querens panem Egyptum non ingreditur, nec egredietur in mirabilibus Dei nec fient uirtutes quas fecit per Moysen et Aaron: nemo mare Rubrum sicco pede transibit, non dabitur manna nec aqua de petra, nec lex in monte Sinai, et terram promissionis nullus intrabit.

Origenes ibidem.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

perimes] perimit M; Dei *om.* C; pro salute *om.* M; finitime] finitissime B; ingreditur] egredietur C; transibit *om.* B; nec] neque P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; Sinai] Syna B M; et *om.* C M P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>